





+

Ex libris Gregorii
ab
Cizquierre
Zaldibia 27 de Mayo
1873.

OFFICIUM DEFUNCTORUM,

AC SEPULTURÆ SÆCULARIUM
cum Orationibus, separatis positis,
pro Viris, & Mulieribus,

SEPTEM PSALMI PENITENTIA-
LES cum Litanij, &c.

DEMUM

Sancta Quatuor Evangelia cum suis
Orationibus pro Infirmis.

Pompe lone : Ex Typograph. Martini
Josephi de Rada.

N O T A.

Sanctus Pius V. per suam Bullam datam
15. Julij 1568. possitam in principio
Breviarij , aliquas Indulgent. concessit his
qui Officium Defunctorum , aut septem
Psalmos Poenitentiales devote recitaverint.
Verba Concessionis sunt hæc:

„ Debito Providentiae Pastoralis admoni-
„ ti , omnes vehementer in Domino co-
„ hortamur; ut remissionem nostram, quan-
„ tum fieri poterit , sua devotione, ac dili-
„ gentia præcurrentes ; illius etiam precibus,
„ suffragiis , & laudibus , suæ , & aliorum
„ saluti consulere studeant. Ac ut Fidelium
„ voluntas , ac studium , magis etiam ad
„ hanc salutarem consuetudinem inciteret,
„ de Omnipotentis Misericordia, Beatorum
„ que Petri , & Pauli Apostolorum eius, au-
„ thoritati confisi , omnibus , qui illis ipsis
„ diebus in Rubricis præfinitis , B. Maræ,
„ vel Defunctor. Officium dixerint , toties
„ centum dies ; qui vero septem Psalmos,
„ vel Gradales , quinquaginta de injunc-
„ ta ipsis poenitentia relaxamus. Cet. cct.



OFFICIUM DEFUNCTORUM.

Dicitur extra tempus Paschale prima cuiusque mensis die, non impedita Festo novem Lectionum, alioquin alia sequenti die similiter non impedita. In Adventu autem, & Quadragesima, Feria 2. cuiuslibet Hebdomadae similiter non impedita; præterquam in maiori hebdomada. In Choro dicuntur post Officium diei, id est, Vesperæ post Vespertas, & Matutinum post Laudes diei; nisi alia sit consuetudo Ecclesiastarum: extra Chorum vero pro opportunitate temporis.

Az

Ad

S Ad Vesperas absolvè incipitur ab
Aña. Placêbo Dómino.

Psalms 114.

D Iléxi, quóniam exáudiet Dóminus:
vocem oratiōnis meæ.

Quia inclinavit aurem suam mihi:
& in diebus meis invocabo.

Circumdederunt me dolores mortis:
& pericula inferni invenérunt me.

Tribulationem, & dolorem inveni:
& nomen Domini invocavi.

O Domine libera animam meam: mi-
sericors Dominus, & iustus, &
Deus noster miseretur.

Custodiens parvulos Dominus: humi-
liatus sum, & liberavit me.

Convertere anima mea in requiem
tuam: quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte:

OCU.

oculos meos à lacrymis, pedes meos
à lapsu.

Placebo Domino : in regione vivorum.

In fine omnium Psalmorum, dicitur.

Requiem æternam dona eis Domine.

Et lux perpetua luceat eis.

Antiphona: Placebo Domino in regio-
ne vivorum.

Antiphona: Hei mihi Dominc.

Psalmus 119.

AD Dominum cum tribulater cla-
mavi: & exaudivit me.

Domine libera animam meam à labijs
iniquis: & à lingua dolosa.

Quid detur tibi , aut quid apponatur
tibi : ad linguam dolosam?

Sagittæ potenter acutæ : cum carboni-
bus desolatorijs.

Heu mihi , quia incolatus meus pro-
longatus est: habitavi cum habitan-
tibus

tibus Cedar : multum incola fuit
anima mea.

Cum his qui oderunt pacem , eram pa-
cificos : cum loquebar illis , impug-
nabant me gratis.

Requiem æternam.

Antiph. Hei mihi Domine , quia in-
colatus meus prolongatus est.

Antiph. Dominus custodit te.

Psalmus 120.

Levavi oculos meos in montes:
unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino : qui fecit
Cœlum , & terram.

Non det in commotionem pedem tuū:
neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitavit , neque dormiet
qui custodit Israel.

Dominus custodit te , Dominus protec-
tio tua: super manum dexteram tuam.

Per

7
Per dient sol non uret te : neque lu-
na per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo:
custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, &
exitum tuum: ex hoc nunc , & us-
que in s̄eculum. Requiem æternam.

Antiph. Dominus custodit te ab omni
malo : custodiat animam tuam Do-
minus. *Antiph.* Si iniquitates.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Da-
mine.: Domine exaudi vocem
meam.

Fiant aures tuæ intendentæ : in vo-
cem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Dominq
Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & prop-
ter legem tuam sustinui te Domiae.

Suf.

8

Sustinuit anima mea in verbo eius:
speravit anima mea in Domino.

A custodia maturina usque ad noctem:
speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia:
& copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israēl : ex omnibus
iniquitatibus eius.

Requiem æternam.

Antiph. Si iniquitates observaveris Do-
mine , Domine quis sustinebit ?

Ans. Opera.

Psalmus 137.

Confitebor tibi Domine in toto
corde meo : quoniam audisti
verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam tibi
adorabo ad templum sanctum tuum,
& confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua , & veritate tua
quo-

quoniam magnificasti super omne,
nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocavero te, exaudi
me: multiplicabis in anima mea
virtutem.

Confiteantur tibi Domine omnes re
ges terrae: quia audierunt omnia
verba oris tui:

Et cantent in vijs Domini: quoniam
magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, & humi
lia respicit: & alta a longe cognoscit.
Si ambulavero in medio tribulationis,
vivificabis me: & super iteram inimi
corum meorum extendisti manum
tuam; & salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: & Domine
misericordia tua in seculum: opera
manuum tuarum ne despicias.

Requiem eternam.

40

Aia. Opera manuum tuarum Domi-
ne ne despicias. ¶. Audivi vocem de
cælo dicentem mihi. ¶. Beati mor-
tui; qui in Domino moriuntur.

Ad Magnificat. Antiphona.

Omne quod dat mihi Pater, ad mo-
vèniet: & eum qui venit ad me,
non eiiciam foras.

*Preces infrascriptæ dicantur flexis geni-
bus, similiter, & ad Laudes.*

Pater noster. *secreto.* ¶. Et ne nos in-
ducas in tentationem. ¶. Sed libera-
nos à malo. *Psalmus. 145.*

LAUDA anima mea Dominum, lau-
dabo Dominum in vita mea: psal-
lam Deo meo quandiu fuero.

Nolite confidere in principibus: in filiis
hominum, in quibus non est salus.
Exibit spiritus eius, & revertetur in
terram suam: in illa dic peribunt
omnes cogitationes corum.

Beatus, cuius Deus Jacob adiutor eius;
Ipses eius in Domino Deo ipsius: qui
fecit cœlum, & terram, mare, & om-
nia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in sæculum, fa-
cit iudicium iniuriam patientibus;
dat escam esurientibus.

Dominus solvit compeditos : Do-
minus illuminat cæcos.

Dominus erigit elilos : Dominus di-
ligit iustos.

Dominus custodit advenas, pupillum,
& viduam suscipiet : & vias pec-
catorum disperdet.

Regnabit Dominus in sæcula, Deus
tuus Sion : in generationem, & ge-
nerationem.

Cuius loco ad Laudes dicitur Psal-
mus De profundis, qui Psalmi semper
dicuntur, præterquam in die omni. Fi-
del.

*del. Defunctorum, & in die depositionis
Defuncti. Ex Decret. S. R. C. 8. Mar-
tij. 1738. In fine Psalmi : Requiem
æternam dona eis Domine. Et lux per-
petua luceat eis. Deinde v. Aporta in-
seri. R. Erue Domine animas eorum.
v. Requiescant in pace. R. Amen.
v. Domine exaudi orationem meam
R. Et clamor meus ad te veniat. v.
Dominus vobiscum. R. Et cum spi-
ritu tuo.* ORATIO.

Deus, qui inter Apostolicos Sacer-
dotes, famulos tuos Pontificali,
seu Sacerdotali, fecisti dignitate vigere:
praesta quæsumus, ut eorum quoque
perpetuo aggregentur consortio.

Deus venie largitor, & humanæ sa-
lutis amator: quæsumus clemen-
tiā tuam, ut nostræ congregacionis
fratres, propinquos, & benefactores, qui

ex hoc sæculo transferunt ; beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis , ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas .

Fidelium , Deus , omnium Conditor , & Redemptor , animabus famulorum famularumque tuarum , remissionem cunctorum tribue peccatorum : ut indulgentiam , quam semper optaverunt , pijs supplicationibus consequantur . Qui vivis , & regnas , in seculis sæculorum . *R. Amen.*

In die vero Commemorationis omnium fidelium Defunctorum , quando dicitur hæc ultima tantum Oratio , dicitur : Qui vivis ; & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus : per omnia sæcula sæculorum . *R. Amen.*

In

In die depositionis Defuncti.

ORATIO.

Absolve, quæsumus Domine, animam famuli tui N. ut defunctus sæculo, tibi vivat: & quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Dominum.

Si fuerit femina, dicatur animam famulæ tuæ N. ut defuncta.

In Anniversario die, Oratio.

Deus indulgentiarum Domine: dñe animabus famulorum famularum que tuarum, quorum anniversarium depositionis diem commenoramus, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dominaum nostrum.

Si pro uno canticum sic anniversarium, dicatur in singulari numero.

Si

Similiter & pro uno Episcopo, vel Sacerdote, in Oratione. Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes.

Si fuerit Episcopus, omittitur seu Sacerdotali, si tantum sacerdos, omittitur Pontificali, seu.

Pro fratribus vero & familiaribus, vel benefactoribus, dicitur Oratio. Deus veniae largitor, ut supra.

Pro patre, & matre Oratio.

Deus, qui nos patrem, & matrem honorare præcepisti: miserere clementer animabus patris, ac matris meæ, eorumque peccata dimitte: meque eos in æternæ clatitatis gaudio fac videre. Per Dominum nostrum.

Si fit pro pluribus, dicatur animabus parentum nostrorum; & ubi dicitur meque, dicatur nosque.

Si

*Si pro patre tantum, dicatur animæ
patrii mei, vel nostri.*

*Si pro matre tantum, dicatur animæ
matris meæ, vel nostræ.*

Pro uno defuncto Oratio.

Inclina Domine aurem tuam ad precias nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui, quam de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas; & Sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per Dominum nostrum.

Pro una defuncta Oratio.

Quæsumus Domine, pro tua pie-
tate miserere animæ famulæ tuæ:
& a contagij mortalitatis exutam, in
eternæ salvationis partem restitue. Per
Dominum nostrum.

*¶. Requiem æternam dona eis Do-
mi-*

17

mine. B. Et lux perpetua luceat eis,
¶ Requiescant in pace. B. Amen.

AD MATUTINUM,

Invitatorium.

Regem, cui omnia vivunt; Ve-
nite adoremus. *Psalmus.* Vehite,
exultemus. &c. *Et in fine:* Requiem
eternam dona eis Domine; & lux per-
petua luceat eis,

*Hoc Invitatorium dicitur tantum in die
Commemorationis omnium fidelium Defunctorum
& in die depositionis Defuncti; quibus
diebus dicuntur tres infra scripti Noctur-
ni, & Aiae. duplicantur. Altis tempore
ribus dicitur tantum unum Nocturnum,
cum Laudibus, hoc ordine: Feria 2. &
3. primum Nocturnum; Fer. 3, & 6.
secundum Nocturnum; Fer. quarta, &
subiecto certum Nocturnum.*

204

B

IN

IN PRIMO NOCTURNO.

Pro Feria secunda, & quinta.

*A*nsa. Dirige. *Psalmus 5.*

VErba mca auribus percipe Domi-
ne: intellige clamorem meum.
Intende voci orationis meæ: Rex
meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orabo: Domine, ma-
ne exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi, & videbo: quoniam
non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit iuxta te malignus: ne-
que permanebunt iniusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur ini-
quitatem: perdes omnes, qui lo-
quuntur mendacium.

Vitum sanguinum, & dolosum ab-
minabitur Dominus: ego autem in
multitudine misericordie tuæ.

In.

Introibo in dornum tuum : adorabo ad templum sanctū tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua : properter inimicos meos dirige in confectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas : cor eorum vanum est.

Sepulcrum patens est grecus eorum, linguis suis dolesē agebant : iudica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis , secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos : quoniam irritaverunt te Domine.

Et lætentur omnes, qui sperant in te: in æternum exultabunt , & habebis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum : quoniam tu benedices iusto.

—
—

B a

D o

20

Domine, ut scuto bonæ voluntatis
tuæ: coronasti nos.

Requiem æternam.

Antiph. Dirige Domine Deus meus
in conspectu tuo viam meam.

Aña. Convertere. *Psal mus 6.*

Domine, ne in furore tuo arguas
me: neq. in ira tua contipias me.

Miserere mei Domine, quoniam infir-
mus sum: sana me Domine, quó-
niam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed
tu Domine usquequò?

Convertere Domine, & eripe animam
meam: salvum me fac propter mi-
sericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor
sit tui: in inferno autem quis con-
fitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per
finz

Singulas noctes lectum meum : lacry-
mis meis stratum meum rigabo.
Turbatus est à furore oculus meus : in-
veteravi inter omnes inimicos meos.
Discidite á me omnes qui operamini
iniquitatem: quoniam exaudivit Do-
minus vocem fletus mei.
Exaudivit Dñs. deprecationem meam:
Dominus orationem meam suscepit.
Erubescant, & conturbentur vehe-
menter omnes inimici mei : conver-
tantur, & erubescant valde velociter.
Requiem eternam.

Antiph. Convertete Domine, & cri-
pe animam meam : quoniam non est in
morte qui memor sit tui.

Antiph. Ne quando. *Psalms 7.*
Domine Deus meus, in te spetavī
salvum me fac ex omnibus per-
sequentibus me, & libera me.

Ne

Ne quando rapiat ut leo animam meam: dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

Domine Deus meus, si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam, & comprehendar, & concalcer in terra vitam meam: & gloriam meam in pulvri deducat.

Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Ecce exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti: & synagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere: Dominus iudicat populos.

Iudica me Domine secundum iustitiam meam: & secundum innocentiam meam super me.

Con-

Consumetur nequitia peccatorum; &
diriges iustum: scrutans corda, & renes
Deus.

Iustum adiutorium meum a Domi-
no: qui salvos facit rectos corde.

Deus iudex iustus, fortis, & patiens:
numquid irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium suum
vibrabit: arcum suum terredit, & pa-
ravit illum.

Et in eo paravit vas a mortis: sagittas
suas ardentibus effecit.

Ecce parturij iniustitiam: concepit
dolorem, & peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, & effodit eum: & in-
cidit in foveam quam fecit.

Convertetur dolor eius in caput eius: &
in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Confitebor Domino secundum iusti-
tiam eius: & psallam nomini Domini

al-

altissimi. Requiem æternam.

Anaph. Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat. ¶ A porta inferi. Be. Erue Domine animas eorum. Patér noster. Totum secreto.

*Lectiones leguntur sine Absolutione,
Benedictionibus, & Titulo.*

Lectione j. Job. 7. d.

PArce mihi Domine , nihil enim sunt
dies mei. Quid est homo , quia
magnificas cum ? aut quid apponis erga
eum cor tuum ? Visitas eum diluculo, &
subito probas illum. Usquequo non par-
cis mihi , nec dimittis me , ut glutiam
salivam meam ? Peccavi, quid faciam ti-
bi ò custos hominum ? quare posuisti me
contrarium tibi , & factus sum mihi me-
tipsi gravis ? Cur non tollis peccatum
meum, & quare non auferis iniuriam
meam?

meam? Ecce, nunc in pulv^{er}e dormiam:
 & si mane me quæsieris, non subsistam.

*Lectiones terminantur sine Tu autem,
 vel alia conclusione.*

Rg. Credo quod Redemptor meus vi-
 vit: & in novissimo die de terra surrec-
 turus sum: * Et in carne mea videbo Deū
 Salvatorem meum. *v.* Quem visurus
 sum ego ipse; & non aliis, & oculi
 mei conspecturi sunt. Et in.

Lectio ij. Job. 10.

Tædet animam meam vita^{re} meæ,
 dimittam adversum me eloquium
 meum, loquar in antaritudine animæ
 meæ. Dicam Deo: Noli me condem-
 nare: indica mihi cur me ita iudices.
 Numquid bonum tibi videtur, si ca-
 lumnieris me, & opptimas me opus-
 manuum tuarum, & consilium impio-
 rum adiuves? Numquid oculi carni^{re} tibi
 sunt

sunt: aut sicut videt homo, & tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora, ut quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scrutetis? Et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruere.

R. Qui Lazarum resulcristi à monumento foetidum*: Tu eis Domine dona requiem, & locum indulgentiæ.

V. Qui venturus es iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Tu eis.

Lectio iii. Job. 10. b.

Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverant me totum in circuitu: & sic repente præcipitas me? Memento quædo quod sicut lutum feceris me, & in pulvrem reduces me. Nonne sicut lac mullisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carnibus vestisti me
ofsi-

ostibus, & nervis compegisti me. Vitam, & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum.

B. Domine, quando veneris iudicare terram, ubi me abscondam à vultu iræ tuæ? * Quia peccavi nimis in vita mea.

¶. Commissa mea pavesco, & ante te crudelisco: dum veneris iudicare, noli me condemnare. Quia. ¶. Requiem æternam dona eis. Domine: & lux perpetua luceat eis. Quia.

Postea ad Laudes, ut infra, quando dicitur unum canendum Nocturn.

IN II. NOCTURNO.

Pro feria. versio, & sexta.

Antiphona. In loco Paschæ. Psalmus 22.

Dominus regit me, & nihil mihi docet: in loco paschæ ibi me colloavit. Super aquam refectionis edueavit me: animam meam convertit.

De-

Deduxit me super seminas iustitiae
propter nomen suum.

Nam, & si ambulavero in medio um-
bre mortis, non timebo malorum quo-
niam tu tecum es.

Virga tua, & baculus tuus: ipsa me
consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam: ad-
versus eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: & ca-
lix meus ineptians quam plæclarus est!
Et misericordia tua subsequetur me:
omnibus diebus viræ meæ.

Et ut inhabitem in domo Domini: in
longitudinem dierum.

Requiem æternam.

Aria. In loco pascuae ibi me collocavit.

Aria. Delicta. *Psalmus 24.*

Ad te Domine levavi animam
meam: Deus meus in te con-
fido, non erubescam:

Neque irrideant me inimici mei: etenim
universi , qui sustinent te , non con-
fundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes:
supervacue.

Vias tuas Domine demonstra mihi: &
semitas tua doce me.

Dirige me in veritate tua , & docet me:
quia tu es Deus salvator meus , & te
sustinui tota die,

Reminiscere miserationum tuarum Do-
mine ; & misericordiarum tuarum,
quæ à sæculo sunt.

Delicta iuventutis meæ : & ignorantias
meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam me-
mento mei tu: propter bonitatem
tuam Domine.

Dulcis , & rectus Dominus : propter
hoc legem dabit delinquentibus in via.

Dicitur

30

Diriget mansuetos in iudicio : docebit
mites vias suas.

Universæ viæ Domini , misericordia,
& veritas : requirerentibus testamentum eius , & testimonia eius.

Propter nomen tuum Domine propitia-
beris peccato meo: multum est enim.

Quis est homo qui timet Dominum?:
legem statuit ei in via , quam elegit.
Anima eius in bonis demorabitur : &
semen eius hæreditabit terram.

Firmamentum est Dominus timentibus
cum : & testamentum ipsius ut ma-
nifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dominum : quo-
niā ipse evellet de laqueo pedes meos.

Respic in me , & miserere mei : quia
unicus , & pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatae
sunt : de necessitatibus meis erue me.

Vide

Vide humilitatem meam, & laborem
meum: & dimitte universa delicta mea.
Respice inimicos meos, quoniam multi-
plicati sunt: & odio iniquo oderunt me;
Custodi animam meam, & erue me:
non erubescam, quoniam speravi in te.
Innocentes, & recti adhaeserunt mihi:
quia sustinui te.

Libera Deus Israel: ex omnibus tri-
bulationibus suis. Requiem eternam.
Aña. Delicta iuventutis meæ, & igno-
rantias meas ne memineris Domine.

Aña. Credo videre. *Psalmus 26.*

Dominus illuminatio mea, & sal-
lus mea: quena timebo?
Dominus protector viræ meæ: à quo
trepidabo?
Dum appropiant super me nocentes:
ut edant carnes meas:
Qui tribulant me iniicii moi: ipsi in-

firmati sunt, & ceciderunt.
 Si confundant adversum me castra: non
 timebit cor meum.
 Si exurgat adversum me prælium: in
 hoc ego sperabo.
 Unam petij à Domino , hanc requí-
 ram: ut inhabitem in domo Domi-
 ni omnibus diebus vitæ meæ:
 Ut videam voluptatem Domini : & vi-
 sitem templum eius.
 Quoniam abscondit me in tabernacu-
 lo suo : in die malorum protexit
 me in abscondito tabernaculi sui.
 In petra exaltavit me: & nunc exalta-
 vit caput meum super inimicos meos.
 Circuivi , & immolavi in tabernaculo
 eius hostiam vociferationis : cantabo,
 & psalmum dicam Domino.
 Exaudi Dómine vocem meam , qua-
 clamavi ad te : miserere mei ; &
exaudi me.
Tib.

Tibi dixit cor meum, exquisire facies
mea: faciem tuam Domine requiratis.
Ne avertas faciem tuam a me, ne ad
clines in ira a servo tuo. Illucq; audi
Adiutor meus es: ne derelinquas me,
neque despicias me Deus salutis meus.
Quoniam pater meus & mater mea
dereliquerunt me: Dominus autem
assumpsit me. Iustus est, aliquid
Legem pone mihi Domine in via tua:
Dirige me in semitam rectam prop-
ter iudeicos meos.
Ne tradicens me in animas tribulantium
me: quoniam insurrexerunt in me celi-
tes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.
Credo videre bona Domini: in terra
viventium.
Expecta Dominum, viriliter age: &
confortetur cor tuum, & sustine Do-
minum. Requiem certam.

C

Aia.

344

Anaph. Credo videre bona Domini in terra viventibus. Collocet eos Dominus cum principiis rebus. Cum principiis populi sui. Pater noster. Tunc feremus.

San Leccio. iiiij. vii. Job. 134 d. 10. A.

Responde mihi. Quantas habeo iniurias, & peccata, scelerata mea, & delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me iniquum tuus? Contra folium, quod venco, rapieras ostendis potentiam tuam, & stipulam sicciam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, & consumes me, peccatis adolescentie meae. Posuisse tamen nervos pedem meum, & obsecrasti omnes seminas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea.

R. Memento mei Deus quia ventus

est

est vita mea, * Nec aspiciat me visus
hominis. v. De profundis clamavi ad
te Domine, Domine exaudi vocem
meam. Nec aspiciat.

Lectio v. Job. 14.

Homo natus de muliere , brevi vi-
vers. tempore , repletus multis
milenijs. Qui quasi flos egreditur , & con-
seritur , & fugit velut umbra , & num-
quam in eodem statu permanet. Et dig-
num ducis super huiuscmodi aperire,
oculos tuos , & adducere eam tecum
in iudicium? Quis potest facere mun-
dum de immundo conceptum semino?
nonne tu qui solus es ? Breves dies ho-
minis sunt, numerus mensium eius, apud.
te est: constitueristi terminos eius , qui
præteriri non poterunt. Recede paulu-
ram ab eo , ut quiescat , donec opta-
ta veniat. sicut mercenarii dies eius.

2000-2003 G2 1000-1000

R. Hei mihi Domine , quia peccavi
narris in vita mea. Quid faciam miser?
ubi fugiam , nisi ad te Deus meus? * Mi-
serere mei , dum veneris in novissimo
die. **v.** Anima mea turbata est valde, sed
xv Domine succurre ei. Miserere.

Lectio vi. Iob. 14. c.

Quis mihi hoc tribuat , ut in in-
ferno protegas me , & abscondas
me , donec pertranseat furor tuus , &
constituas mihi tempus , in quo re-
corderis mei. Putasne mortuus homo
rursum vivat? Cunctis diebus , quibus
nunc milito , expecto donec veniat im-
mutatio mea. Vocabis me , & ego respon-
debo tibi : operi manuum tuarum por-
riges dexteram. Tu quidem gressus meos
cenumerasti , sed parce peccatis meis.

R. Ne recorderis peccata mea Domi-
ne , * Dum veneris iudicare sæculum per
ignem. **v.** Dirige Domine Deus meus in

conspēctu tuo viam meām. Dum veneris
¶. Requiem æternam. Dum veneris.

IN III. NOCTURNO.

Pro feria quarta, & Sabbato.
Antiph. Complacēat Psalmus. 29.

Expectans expectavi Domīnum,*
& intendit mihi.

Et exaudiuit preces meas: * & eduxit
me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.
Et statuit super petram pedes meos: &
direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum no-
vum: carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, & timebunt: & speri-
bunt in Domino.

Beatus vir, cuius est nomen Domini
spes eius: * & non respexit in vani-
tates, & insanias falsas.

Multa fecisti tu Domine Deus meus
mirabilia tua: & cogitationibus tuis

non

non est qui similis sit tibi.
 Annuntiavi , & locutus sum : mul-
 tiplicati sunt super numerum.
 Sacrificium , & oblationem noluisti:
 aures autem perfecisti mihi.
 Holocaustum , & pro peccato non pol-
 tulasti : tunc dixi : Ecce venio.
 In capite libri scriptum est de me , ut
 facerem voluntatem tuam : Deus
 meus volui , & legem tuam in mediō
 cordis mei.
 Annuntiavi iustitiam tuam in Ecclesia
 magna : ecce labia mea non prohibebo : Domine tu scisti.
 Iustitiam tuam non abscondi in cor-
 de meo : veritatem tuam , & salu-
 tare tuum dixi.
 Non abscondi misericordiam tuam , &
 veritatem tuam : a concilio multo.
 Tu autem Domine ne longè facias mi-
 sera-

serationes tuas à me: misericordia tua,
¶ & veritas tua semper suscepit me.

¶ Quidam circūdecerunt me mala, quod
rum non est numerus: comprehen-
derunt me iniquitates meæ, & non
potui ut viderem.

Multiplicatae sunt super capillos capi-
tis mei: & cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi Domine ut eruas me:
Domine ad adiuvandum tric respice.
Confundantur, & tevereantur similes,
qui querunt animam meam: ut affe-
rent eam.

Convertantur retrosum, & recreantur:
qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem sua me:
qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent, & latenter super te omnes
querentes te: * & dicant semper: Ma-
gnificetur Dominus, qui diligit sa-
lutare tuum.

Ego

Ego puerus mendiculus sum, & pauper;

Dominus solitus est mei.

Auctor meus, & protector meus tu es: Deus meus ne tardaveris.

Requiem æternam.

Antiph. Complaceat tibi Domine, ut eripias me: Domine ad adiuvandum me respice.

Ave. Sana Domine. Psalmus 40.

Batus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conseruet eum, & vivificer eum, & beatum faciat eum in terra & non tradat eum in animam inimicorum eius.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: universum stratum eius versasti in infirmitate eius.

Ego dixi: Domine misere mei: sana

an-

animam meam ; quia peccavi tibi.
Inimici mei dixerunt mala mihi : Quan-
do morietur , & peribit nomen eius?
Et si ingrediebatur ut videret , vano lo-
quebatur : cor eius congregavit ini-
quitatem sibi.
Egrediebatur foras : & loquebatur in
id ipsum.
Adversum me susurrabant omnes inimi-
ci mei : adversum me cogitabant ma-
la mihi.
Verbum iniquum constituerunt adver-
sum me: Numquid qui dormit , non
adjicet ut resurgat?
Etenim homo pacis meæ , in quo spe-
ravi : qui edebat panes meos , magni-
ficavit super me supplantationem.
Tu autem Domine miserere mei , & ré-
sulcita me : & retribuam eis.
In hoc cognovi , quoniam voluisti me;

quo-

quoniam non gaudebit inimicus
meus super me.

Me autem propter innocentiam suscep-
pisti: & confirmasti me in conspectu
tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Israel a sœcu-
lo, & usque in sœculum: fiat, fiat.
Requiem æternam.

Antriph. Sana Domine animam
meam, quia peccavi tibi.

Ana. Sitivit. *Psalmus 41.*

Quemadmodum desiderat cervus
ad fontes aquarum: ita deside-
rat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vi-
vum: quando veniam, & apparebo
ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ mæ panes dñe,
ac nocte: dum dicitur mihi quotidie:
Ubi est Deus tuus?

Hæc

Hæc recordatus sum⁴³, & effudi in me
animam meam: quoniam transibo
in locum tabernaculi admirabilis, us-
que ad domum Dei.

In voce exultationis, & confessio-
nus epulantis.

Quare tristis es anima mea? & quare
conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc con-
stebor illi: salutare vultus mei, &
Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata
est: propterea memor ero tui de ter-
ra Iordanis, & Hermonijm a monte
modico.

Abyssus abyssum invocat: in voce ca-
taractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui:
super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericor-
diam

diām suam: & nocte canticum eius.

Apud me oratio Deo vitæ meæ: di-
cam Deo: Susceptor meus es.

Quare oblitus es mei: & quare contri-
fatus incedo, dum affigit me inimicus.
Dum confringuntur ossa mea: expro-
braverunt mihi qui tribulant me
inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi
est Deus tuus? quare tristis es ani-
ma mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confite-
bor illi: salutare vultus mei, & Deus
meus. Requiem aeternam.

Aña. Sitivit anima mea ad Deum vi-
vum: quando veniam, & apparebo an-
te faciem Domini? ¶ Ne tradas bestijs
animas confitentes tibi. ¶ Et animas
pauperum tuorum ne obliscaris in fi-
nem. Pater noster. *Totum secreto.*

Lee-

Lectio vii. Job. 17.

Spiritus meus attenuabitur, dies
mei breviabuntur, & solum mihi
superest sepulchrum. Non peccavi, &
in amaritudinibus moratur oculus meus.
Libera me Domine, & pone me iuxta
te, & cuiusvis manus pugnet contra me.
Dies mei transierunt, cogitationes meae
dissipatae sunt, torquentes cor meum. Nec
tem verterunt in diem, & rursus post
tenebras spero lucem. Si sustinuero, in
fernus dominus mea est, & in cunctis
stravi lectulum meum. Paterdini dizi,
Pater meus es: mater mea, & soror
mea, veribus. Ubi est ergo nunc
præstolatio mea, & patientiam meam
quis considerat?

R. Peccantem me quotidie, & non
me poenitentem, timor mortis concur-
bat me: * Quia in inferno nulla est re-

demp-

⁴⁶
demptio, miserere mei Deus, & salva
me; y. Deus in nomine tuo salvum me
fac, & in virtute tua libera me. Quia.

Lectio viii. Job. 19. c.

Pelli meæ, consumptis carnibus, ad-
hæsit os meum, & derelicta sunt
tantummodo labia circa dentes meos.
Miseremini mei, miseremini mei, sal-
tem vos amici mei, quia manus Do-
mini tetigit me. Quare persequimini
me sicut Deus, & carnibus meis satu-
ramini? Quis mihi tribuat ut scribantur
sermones mei? Quis mihi det ut ex-
arentur in libro stylo ferreo, & plumbi
lamina, vel celte sculpantur in silice?
Scio enim quod Redemptor meus vivit,
& in novissimo die de terra surrecturus
sum; & rursum circumdabor pelle mea,
& in carne mea videbo Deum meum,
Quem visurus sum ego ipse, & oculi
mei

mei conspecturi subit, & non aliis: re-
posita est haec spes mea in sinu meo.

R. Domine, secundum actum tuum
noli me iudicare: nihil dignum in cons-
pectu tuo egi: ideò deprecor maiesta-
tem tuam, * Ut tu Deus deleas iniqui-
tatem meam. **V.** Amplius lava me Dom-
ine ab iniustitia mea, & à delicto meo
munda me. Ut tu Deus.

Lætia ix. Job. 10. dicitur

Quare de vulva eduxisti me? quib-
us utinam consumpsus esset ne
oculus me videret. Fuisse quasi non
esset, de utero translatus ad cibulum.
Numquid non paucitas dierum, meo-
rum finietur brevis? Dimittit ergo me, ut
plangam paululum dolorem meum: an-
tequam vadam, & non revertar, ad ter-
ram tenebrosam, & operam mortis ca-
ligine: terram misericordie, & tenebrarum, ubi-

uni-

unbra mortis , & nullus ordo , sed semi-
piternus horror inhabitat.

Re. Libera me Domine de viis infer-
ni , qui portas æreas confregisti : & visi-
tasti infernum , & dedisti eis lumen , ut
viderent te : * Qui erant in penitus tenebra-
rum . **V**. Clamantes , & dicentes : Adve-
nisti Redemptor noster . Qui erant .
V. Requiem æternam . Qui .

Sequens **R**e. dicitur solummodo in die
Commemorationis omnium Defunctorum ,
et quandocumque pro Defunctis dicun-
tur novem *Lectiones*.

Re. Libera me Domine de morte
æterna , in die illa tremenda : Quando
Cœli movendi sunt , & terra : Dum ve-
neris iudicare sæculum per ignem . **V**.
Tremens factus sum ego , & timeo dum
discussio venerit , atque ventura ira.
Quando . **V**. Dies illa , dies iræ , cala-
mi-

mortis, & miseriæ, dies magna, & amara valdè. Dum vénoris. ¶ Requiem æternam. Libera me. usque ad primum ¶

A D L A U D E S.

absolutè incipitur

Anno. Exultabunt Domino. Psalmus 50.

Miserere mei Deus: secundum mag-
nam misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem miseratione-
num tuarum: dele iniquitatem meam.
Amplius lava me ab iniquitate mea
& à peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cog-
nosco: & peccatum meum contra-
me est semper.
Tibi soli peccavi. & malum coram te
feci: ut justificeris in sermonibus
tuis, & vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus concep-
sum: & in peccatis cocepit me
mater mea. **D**

50

Ecce enim veritatem dilexisti incerta, &
occulta sapientie tuę manifestasti mihi.
Aasperges me hyssopo, & mundabor:
lavabis me, & super nivem dealbabor:
Auditui meo dabis gaudium, & læti-
tiam: & exultabunt ossa humiliata.
Averte faciem tuam à peccatis meis:
& omnes iniquitates meas dele.
Eor mundum crea in me Deus: & spiri-
tum rectum innova in vilceribus meis.
Ne projicias me á facie tua: & spiritum
sanctum tuum ne aufetas à me.
Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spi-
ritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: & impij ad
te convertentur.
Libera me de sanguinibus Deus, Deus
salutis meæ: & exultabit lingua mea
iustitiam tuam.
Domine, labia mea apries: & os meum
annuntiabit laudem tuam.

55

Quoniam si voluisses sacrificium, dedis-
sem utique: holocaustis non delec-
taberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus:
cor contritum, & humiliatum Deus
non despicies.

Benignè fac Domine in bona volun-
tate tua Sion: ut ædificantur muri
Ierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiae,
oblationes, & holocausta: tunc infi-
- ponent super altare tuum vitulos.
Requiem æternam.

Aza. Exultabunt Domino ossa humiliata.
Antiph. Exaudi Domine. *Psalms. 64.*

TE decet hymnus Deus in Sion: &
- tibi reddetur votum in Ierusalem.
Exaudi orationem meam: ad te om-
ni misericordia venientia.

Verba iniquorum prævaluerunt super

D 2

nos : & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus, quem elegisti, & assumpsisti:
inhabitabit in atrijs tuis.

Replebitur in bonis domus tuæ : sanctum est templum tuum , mirabile
in æquitate.

Exaudi nos, Deus salutatis noster : spes
omnium finium terræ , & in mari
longe.

Præparans montes in virtute tua , ac
cinctus potentia : qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.

Turbabuntur gentes , & timebunt qui
habitant terminos a signis tuis : exi-
tus matutini , & vespere delectabis.

Visitasti terram, & inebriasti eam : mul-
tiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis , parasti
cibum illorum : quoniam ita est pœ-
nitentia eius.

C.

R.

Rivos eius inebria , multiplicia geni-
mina eius : in stillicidijs eius lætabi-
tur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ :
& campi tui replebuntur ubertate.

Pinguiscent speciosa deserti : & exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ovium , & valles
abundabunt frumento : clamabunt,
etenim hymnum dicent.

Requiem æternam.

Anaphona. Exaudi Domine orationem
meam , ad te omnis caro veniet.

Aia. Me suscepit. *Psalmus 62.*

Deus Deus meus : ad te de luce
vigilo:

Sicut in te anima mea : quam multi-
pliciter tibi caro mea.

In terra deserta , & inuia , & inaquosa:
sic in sancto apparui tibi , ut videtem

vit-

virtutem tuam , & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua

super vitas : labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea : & in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repletatur anima mea : & labijs exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum,
in matutinis meditabor in te : quia fuisti adiutor mens.

Ecce in velamento alarum tuarum exultabo , adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quererunt animam meam , introibunt in inferiora terræ:
tradentur in manus gladij , partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo , laudabunt omnes qui iurant in eo : quia obstruc-

structum est, os loquentium iniqua.

Psalmus. 66.

Deus misereatur nostri, & benedictat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Ut cognoscamus, in terra viam tuam:

in omnibus Gestibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, & exultent Gentes: quoniam iudicas populos in æquitate, & Gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: terra dedicit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: & metuant cum omnes fines terræ.

Requiem æternam.

Ana. Me suscepit dextera tua Dñe.

An-

Antiphona. Aporta inferi.

Canticum Ezechie. Isaiae 38. b.

Ego dixi, In dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Quæsivi residuum annotum meorum: dixi: Non videbo Dominum Deum in terra viventium.

Non aspiciam hominem ultrà: & habitationem quietis.

Generatio mea ablata est; & convoluta est à me: quasi tabernaculum pastorum.

Præcisa est velut à texente, vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me: * de manè usque ad vesperam finies me.

Sperabam usque ad manè: quasi leo sic contrivit omnia ossa mea:

De manè usque ad vesperam finies me: sicut pullus hirundinis sic clamabo meditabor ut columba;

At-

Attenuati sunt oculi mei : suspicentes
in excelsum:

Domine vim patior , responde pro me:
Quid dicam , aut quid respondebit
mihi , cum ipse fecerit ?

Recogitabo tibi omnes annos meos *
in amaritudine animæ meæ.

Domine si sic vivitur , & in talibus vi-
ta spiritus mei , corripies me , & vi-
vificabis me. * Ecce in pace ama-
ritudo mea amarissima:

Tu autem eruisti animam meam ut non
periret : projecisti post tergum tuum
omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi,
neque mors laudabit te : non ex-
pectabunt qui descendunt in lacum,
veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi , si-
cuit & ego hodie : pater filii notam
faciet veritatem tuam.

58

Domine salvum me fac : & Psalmos
nostros cantabimus cunctis diebus
vitæ nostræ in domo Domini.

Requiem æternam.

Antiph. A porta inferi , erue Domine
animam meam.

Aria. Omnis spiritus. *Psalmus 148.*

LAUDATE Dominum de cœlis : lau-
date eum in excelsis.

LAUDATE eum omnes Angeli ejus : lau-
date eum omnes virtutes eius.

LAUDATE eum sol , & luna : laudate eum
omnes stelæ , & lumen.

LAUDATE eum cœli cœlorum : & aquæ
omnes que super cœlos sunt , lau-
dent nomen Domini.

Quia ipse dixit , & facta sunt : ipse
mandavit , & creata sunt.

Statuit ea in æternum , & in sæculum
sæculi : præceptum posuit , & non
præteribit.

Lau

Laudate Dominum de terra : draco-
nes , & omnes abyssi.

Ignis , grando , nix , glacies , spiritus pro-
cellarum : quæ faciunt verbum eius;
Montes , & omnes colles : ligna fruc-
tifera , & omnes cedri.

Bestiæ , & universa pecora : serpentes ,
& volucres pennatæ;

Reges terræ , & omnes populi : princi-
pes , & omnes iudices terræ.

Iuvenes , & virgines : senes cum iunio-
ribus laudent nomen Domini : quia
exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super cœlum , & ter-
ram : & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis eius : filijs
Israel , populo appropinquanti sibi.

Psalms. 149.

Cantate Domino canticum novum:
Qlaus eius in Ecclesia Sanctorum.

Le-

69

Letetur Israel in eo , qui fecit eum:
& filij Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro : in
tympano, & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in po-
pulo suo : & exaltabit mansuetos
in salutem.

Exultabunt Sancti in gloria: lætabun-
tur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gütture eorum : &
gladij ancipites in manibus eorum:
Ad faciendam vindictam in nationi-
bus : increpationes in populis.

Ad alligandos Reges eorum in compe-
dibus : & nobiles eorum in mani-
cis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum:
gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Psalms

Psalms 150.

LAUDATE Dominum in sanctis eius;
laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & Choro: laudate eum in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis beneficentibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum. Requiem æternam.

Antiph. Omnis spiritus laudet Dominum. ¶ Audi vi vocem de Cœlo dicentem mihi. ¶ Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Aa

62

Ad Bened. Aña. Ego sum resurrec-
tio , & vita qui credit in me , etiam
si mortuus fuerit , vivet : & omnis q[uod]
vivit , & credit in me , non morietur
in æternum.

Deinde Pater noster. Psalmus : De
profundis , cum Precibus , & Oratio-
nibus , ut supra in Vesp. pag. 10.



SEP-

SEPTEM PSALMI PER NITENTIALES,
cum Litanij.

Aha. Ne reminiscaris. Psalmus 6.

Domine; ne in furore tuo arguas me: *
neque in ira tua corricias me.
Miserere mei Domine; quoniam infirmus
sum: * saha me Domine, quoniam con-
turbata sum ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: * sed ta-
Domine, usquequò?

Converte Domine, & eripe animam meam:
* salvum me fac propter misericordiā tuā.
Quoniam non ēst in morte qui memor sit
tui: * in inferno autem quis confitebitur
tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per sin-
gulas noctes lectum meum: * lacrymis
meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: * inve-
teravi inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes qui operamini ini-
quitatem: * quoniam exaudivit Dominus
vocem fletus mei.

Exaudivit Dñs. depræcationem meam; *
Dominus orationem meam suscepit.

64.

Erubescant & conturbentur vehementer
omnes inimici mei : * convertantur &
erubescant valde velociter.

Gloria Patri ; & Filio. *Psalms 31.*

Beatū , quorum remissæ sunt iniquitates : *
& quorum testa sunt peccata.
Beatus vir , cui non imputavit Dominus pec-
catum , * nec est in spiritu cius dolus.
Quoniam tacui , inveteraverunt ossa mea , *
dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte gravata est super
me manus tua: * conversus sum in ætum-
na mea , dum configitur spina.

Delitum meum cognitum tibi feci : * &
in iustitiam meam non abscondi.

Dixi : Confitebor adversum me iniustitiam
meam Domino : * & tu remisisti impieta-
tem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis Sanctus , * in
tempore opportuno.

Verumtamen in diluvio aquarum multa-
rum , * ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulacione , quæ
circumdedit me : * exultatio mea erue
me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo , & instruam te in
via hac , qua gradieris : * firmabo super
te oculos meos.

No-

Nolite fieri sicut equus , & mulus ; *
 quibus non est intellectus.
 In camo , & freno maxillas eorum con-
 stringe , * qui non approximant ad te.
 Multa flagella peccatoris , * sperantem
 autem in Dño. misericordia circumdabit.
 Lætamini in Domino , & exultate iusti : ♀
 & gloriamini omnes recti corde.
 Gloria Patri , & Filio.

Psalmus 37.

Domine ne in furore tuo arguas me , *
 neq. in ira tua corripias me.
Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi : *
 & confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea à facie iræ
 tuæ : non est pax ossibus meis à facie
 peccatorum meorum.
Quoniam iniuriantes meæ supergressæ sunt
 caput meum : * & sicut onus grave
 gravatae sunt super me.
Putruerunt , & corruptæ sunt cicatrices
 meæ , * à facie insipientiæ meæ.
Miser factus sum , & curvatus sum usque
 in finem : * tota die contristatus in-
 grediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusio-
 nibus : * & non est sanitas in carne mea.

E

Aflic-

Afflatus sum , & humiliatus sum nimis:*
 rugiebam á gemitu cordis mei.
Domine, ante te omne desiderium meum:*
 & gemitus meus á te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est , dereliquit
 me virtus mea : & lumen oculorum
 meorum , & ipsum non est mecum.
Amici mei , & proximi mei * adversum
 me appropinquaverunt , & steterunt.
Et qui iuxta me erant , de longe stete-
 runt : * & vim faciebant qui quarebant
 animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi , locuti sunt
 vanitates : * & dolos tota die medita-
 bantur.
Ego autem tamquam surdus non audie-
 bam: * & sicut mutus non aperiens os suū.
Et factus sum sicut homo non audiens : *
 & non habens in ore suo redargutiones:
Quoniam in te Domine speravi : * tu
 exaudies me Domine Deus meus.
Quia dixi : Nequando supergaudeant mi-
 hi inimici mei : * & dum commoventur
 pedes mei, super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum : *
 & dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam annuntia-
 bo ; * & cogitabo pro peccato meo.
 In-

Initiici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me: * multiplicati sunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis , detrahebant mihi: * quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me Domine Deus meus: * ne discesseris à me.

Intende in adiutorium meum , * Domine Deus salutis meæ.

Gloria Patri , & Filio; *Psalmus 50.*

Miserere mei Deus , * secundum magnam misericordiam tuam: Et secundum multitudinem miserationum tuarum , * dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea ; * & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi , & malum coram te feci : * ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti : * incerta, & occulta sapientia tua manifestasti mihi.

Asperges me hysopo , & mundabor: * lavabis me , & super nivem dealbabor,

-61-

Ez

Au-

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: *
 & exultabunt ossa humiliata.
Averte faciem tuam à peccatis meis: *
 & omnes iniuriantes meas dele.
Cor mundum crea in me Deus: * & spi-
 ritum rectum innova in viscerebus meis.
 Ne projicias me à facie tua: & spiritum
 sanctum tuum ne auferas à me.
Redde mihi lætitiam salutatis tui: * &
 spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: * & impij
 ad te convertentur.
Libera me de sanguinibus Deus, Deus
 salutis meæ: * & exultabit lingua mea
 iustitiam tuam.
Dñe. labia mea aperies: * & os meum
 annuntiabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem
 utique: * holocaustis non delectaberis.
Sacrificium Deo spiritus contribulatus: *
 cor contritum, & humiliatum Deus
 non despicies.
Benigne fac Domine in bona voluntate tuæ
 Sion: ut ædificantur muri Jerusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, obla-
 tiones, & holocausta: * tunc impo-
 nent super altare tuum vitulos.

Glo-

Gloria Patri.

Psalms 101.

Domine exaudi orationem meam : *
 & clamor meus ad te veniat.
 Non avertas faciem tuam à me : * in
 quacumque die tribulor , inclina ad
 me aurem tuam.
 In quacumque die invocabero te , * velo-
 citer exaudi me.
 Quia defecerunt sicut fimus dies mei : *
 & ossa mea sicut cremium atuerunt.
 Percussus sum ut foenum , & atuit cor
 meum : * quia oblitus sum comedere
 panem meum.
 A voce gemitus mei * adhaesit os meum
 carni meae.
 Similis factus sum pellicano solitudinis: *
 factus sum sicut nycticorax in domicilio.
 Vigilavi , * & factus sum sicut passer so-
 litarius in tecto.
 Tota die reprobrabant mihi inimici mei: *
 & qui laudabant me , adversum me
 jurabant.
 Quia cinerem tamquam panem man-
 ducabam , * & potum meum cum fle-
 tu miscebam.
 A facie iræ , & indignationis tuæ: * quia
 elevans allisisti me.

Dies

70

Dies mei sicut umbra declinaverunt : *
& ego sicut foenum arui.

Tu autem Domine in æternum perma-
nes , * & memoriale tuum in genera-
tionem , & generationem.

Tu exurgens misereberis Sion : * quia tem-
pus miserendi eius , quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides
eius: * & terræ eius miserebuntur.

Et timebunt Gentes nomen tuum Domine,*
& omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificavit Dominus Sion : * & vi-
debitur in gloria sua.

Respexit in orationem humilium : * & non
sprevit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera : *
& populus , qui creabitur , laudabit Do-
minum.

Quia prospexit de excelso sancto suo: *
Dñs. de cœlo in terram aspexit:

Ut audiret gemitus compeditorum : * ut
solveret filios interemptorum:

Ut annuntient in Sion nomen Domini: *
& laudem eius in Ierusalem.

In conveniendo populos in unum , * &
reges ut serviant Domino.

Respondit ei in via virtutis suæ : * pau-
citate in dierum meorum nuntia mihi.

Ne

Ne revokes me in dñmidio dierum meorum: * in generationem , & generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fundasti: * & opera manuum tuarum sunt Cœli.

Ipsi peribunt , tu autem permanes : * & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut operitorum mutabis eos , & mutabuntur : * tu autem idem ipse es , & anni tui non deficient.

Filiij servorum tuorum habitabunt: * & semen eorum in sèculum dirigetur.

Gloria Patri. *Psalmus 129.*

DE profundis clamavi ad te Dñe. * Domine exaudi vocem meam: Hanc autem tuæ intendentes , * in vocem imprecationis meæ.

Si iniuriantes observaveris Domine : Domine quis sustinebit ?

Quia apud te propitiatio est : & propter legem tuam sustinuit te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius : * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem , * speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia : * & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel , * ex omnibus ini-
quitatibus eius. *Glo-*

Gloria Patri , & Filio. *Psalms 142.*

Domine exaudi orationem meam : au-
ribus percipe obsecrationem meam
in veritate tua : * exaudi me in tua iustitia.
Et non intres in iudicium cum servo tuo : *
quia non iustificabitur in conspectu
tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam
meam : * humiliavit in terra vitam meam.
Collocavit me in obscuris sicut mortuos
saeculi : * & anxiatus est super me spi-
ritus meus , in me turbatum est cor
meum.

Memor fui dicrum antiquorum , medita-
tus sum in omnibus operibus tuis ; *
in factis manuum tuarum meditabatur.

Expandi manus meas ad te : * anima mea
sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine : * defecit
spiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me : * & si-
milis ero descendantibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam
tuam : * quia in te speravi.

Notam fac mihi viam , in qua ambulem:
* quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine , ad te
confugi : doce me facere voluntatem
tuam

tuam , quia Deus meus es tu.
**Spiritus tuus bonus deducet me in terram
rectam : * propter nomen tuum. Dñe.
vivificabis me , in æquitate tua.**
Educes de tribulatione animam meam : *
& in misericordia tua. disperdes inimi-
cos meos.

**Et perdes omnes qui tribulant animam
meam : quoniam ego servus tuus sum.**

Gloria Patri , & Filio.

Antiphona. Ne reminiscaris, Domine , deli-
cta nostra , vel parentum nostrorum ; ne-
que vindictam sumas de peccatis nostris.

L I T A N I Æ.

K Yrie eleison.	Ghriste eleison.
Kyrie eleison.	Christe Audi nos.
Christe exaudi nos.	
Pater de Cœlis Deus ,	Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus.	Miserere nobis.
Spiritus Sancte Deus ,	Miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus,	Miserere nobis.
Sancta Maria ,	Ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix.	ora.
Sancta Virgo Virginum,	ora.
Sancte Michael ,	ora.
Sancte Gabriel ,	ora.
Sancte Raphael ,	ora.
Omnes Sancti Angeli , & Archangeli;	
orate pro nobis.	Om-

74

Omnes sancti Beatorum spiritum ordines,
orate pro nobis.

Sancte Ioannes Baptista,	ora.
Sancte Joseph,	ora.
Omnes sancti Patriarchę, & Prophetę, orate.	
Sancte Petre,	ora.
Sancte Paule,	ora.
Sancte Andrea.	ora.
Sancte Iacobe,	ora.
Sancte Ioannes ,	ora.
Sancte Thoma,	ora.
Sancte Iacobe,	ora.
Sancte Philippe,	ora.
Sancte Bartholomeę,	ora.
Sancte Mathae ,	ora.
Sancte Simon ,	ora.
Sancte Thadée ,	ora.
Sancte Mathia,	ora.
Sancte Barnaba ,	ora.
Sancte Luca,	ora.
Sancte Marce,	ora.
Omnes sancti Apostoli, & Evangelistę, orate	
Omnes sancti Discipuli Dñi.	orate,
Omnes sancti Innocentes	orate.
Sancte Stephane,	ora,
Sancte Laurenti,	ora,
Sancte Vincenti ,	ora,
Sancti Fabiane , & Sebastiane,	orate,
	Sancti

Sancti Ioannes , & Paule,	orat.
Sancti Cosma , & Damiane,	orat.
Sancti Gervasi , & Protasi ,	orate,
Omnes sancti Martyres,	orate,
Sancte Silvester,	ora.
Sancte Gregori,	ora.
Sancte Ambrosi,	ora.
Sancte Augustine,	ora.
Sancte Hieronyme,	ora,
Sancte Martine,	ora.
Sancte Nicolae ,	ora.
Omnes sancti Pontifices,&Confessores,	orat.
Omnes sancti Doctores,	orate.
Sancte Antoni,	ora.
Sancte Benedicte,	ora.
Sancte Bernarde ,	ora.
Sancte Dominice ,	ora.
Sancte Francisce ,	ora.
Omnes Sancti Sacerdotes , & Levitæ,	orat.
Omnes sancti Monachi , & Eremitæ,	orat.
Sancta Maria Magdalena ,	ora.
Sancta Agatha,	ora.
Sancta Lucia,	ora.
Sancta Agnes,	ora.
Sancta Cæcilia,	ora.
Sancta Catharina,	ora.
Sancta Anastasia,	ora.
Omnes Sanctæ Virgines , & Viduae ,	orate.
	Om.

Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, Intercedite.

Propitius esto, Parce nobis Domine,

Propitius esto, Exaudi nos Domine.

Ab omni malo, Libera nos Domine.

Ab omni peccato, libera.

Ab ira tua, libera.

A subitanea, & improvisa morte, libera.

Ab insidijs diaboli, libera.

Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, lib.

A spiritu fornicationis, libera.

A fulgure, & tempestate ~~strife~~ libera.

A morte perpetua ~~aperte~~ libera.

Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ, lib.

Per Adventum tuum, libera.

Per nativitatem tuam, libera.

Per baptismum, & sanctū iejunium tuum, lib.

Per crucem, & passionem tuam, libera.

Per mortem, & sepulturam tuam, libera.

Per sanctam resurrectionem tuam, libera.

Per admirabilem ascensionem tuam, libera.

Per adventum Spiritus sancti Paracliti, libera.

In die Judicij, libera.

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Ut nobis pareas, te rogamus.

Ut nobis indulgeas, te rogamus.

Et ad veram poenitentiam nos perducere digneris. te rogamus.

Ut Ecclesiam tuam sanctam regere, & con-

~~fructuosa~~ pace et bello. ser-

~~pro~~ pectuoso terrae motus.

servare digneris, te rogamus.
 Ut dominum Apostolicum, & omnes Ec-
 clesiasticos ordines in sancta religione
 conservare digneris, te rogamus audi nos.
 Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare
 digneris. te rogamus.
 Ut Regibus, & Principibus Christianis,
 pacem, & veram concordiam donare
 digneris, te rogamus.
 Ut cuncto populo Christiano pacem, & uni-
 tatem largiri digneris, te rogamus.
 Ut nosmetipso in tuo sancto servitio con-
 fortare, & conservare digneris, te rogamus.
 Ut mentes nostras. ad coelestia desideria
 erigas, te rogamus.
 Ut omnibus benefactoribus nostris sempi-
 terna bona retinibus, te rogamus.
 Ut animas nostras, fratrum, propinquorum,
 & benefactorum nostrorum ab æter-
 na damnatione eripias, te rogamus.
 Ut fructus terræ dare, & conservare dig-
 neris, ~~te~~^{et aperte} te rogamus.
 Ut omnibus fidelibus defunctis requiem
 eternam donare digneris, te rogamus.
 Ut nos exaudire digneris, te rogamus.
 Fili Dei, te rogamus.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Pax nobis Domine.

Ag-

78

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Miserere nobis.

Christe audinos. Christe exaudi nos. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Secreto. ¶. Et ne nos inducas in tentationem. ¶. Sed libera nos à malo.

Psalmus. 69.

Deus in adiutorium meum intende: *
Dñe, ad adiuvandum me festina.

Confundantur, & revereantur, * qui quæ-
runt animam meam:

Avertantur retrorsum, & erubescant, *
qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes, * qui di-
cunt mihi: Euge, euge.

Exultent & latentur in te omnes qui quæ-
runt te, * & dicant semper: Magnifice-
tur Dominus: qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus, & pauper sum: * Deus
adiuva me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu: *
Domine ne moretis.

Gloria Patri, & Filio. Sicut erat.

¶. Salvos fac servos tuos. ¶. Deus meus
sperantes in te. ¶. Esto nobis Domine rug-
is fortitudinis. ¶. A facie inimici. ¶. Ni-
bil

hil proficiat inimicus in nobis. **R.** Et filius
iniquitatis non apponat nocere nobis. **Y.** Do-
mine non secundum peccata nostra facias
nobis. **R.** Neque secundum iniquitates nos-
tras retribuas nobis. **Y.** Oremus pro Ponti-
fice nostro N. **R.** Dominus conservet eum,
& vivifecet eum, & beatum faciat eum in
terra, & non tradat eum in animam in-
imicorum eius. **Y.** Oremus pro benefactori-
bus nostris. **R.** Retribuere dignare Domi-
ne omnibus nobis bona facientibus prop-
ter nomen tuum vitam æternam. Amen.

Y. Oremus pro fidelibus defunctis. **R.** Re-
quiem æternam dona eis Dñe. & lux perpe-
tua luceat eis. **Y.** Requiescant in pace. **R.**
Amen. **Y.** Pro fratribus nostris absentibus.
R. Salvos fac servos tuos, Deus meus, spe-
rantes in te. **Y.** Mitte eis Domine auxilium
de sancto. **R.** Et de Sion tuere eos. **Y.** Dñe
exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus
ad te veniat. **Y.** Dominus vobistum. **R.** Et
cum spiritu tuo.

Oremus. ORATIO.

Deus, cui proprium est misericordia semper
& parcere: suscipe deprecationem
nostram: ut nos, & omnes famulos tuos,
quos delictorum catena constringit, miser-
ratio tuae pietatis clementer absolvat.

Exau-

Exaudi, quæsumus, Domine, supplicum
preces, & confitentium tibi parce pec-
catis: ut pariter nobis indulgentiam tri-
bius benignus, & pacem.

Incessabilem nobis, Domine, misericor-
diam tuam clementer ostende: ut simul
nos, & à peccatis omnibus exuas, & à pœ-
nis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia
placaris: preces populi tui suppli-
cantis propitijs respice; & flagella tuæ ira-
cundiæ, quæ pro peccatis nostris mere-
mur, averte.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere
famulo tuo Pontifici nostro N. & di-
rige eum secundum tuam clementiam in
viam salutis æternæ: ut te donante tibi pla-
cita cupiat, & tota virtute perficiat.

Deus, à quo sancta desideria, recta
consilia, & justa sunt opera: da ser-
vis tuis illam, quam mundus dare non po-
test, pacem: ut & corda nostra manda-
tis tuis dedita, & hostium sublata formidi-
ne, tempora sint tua protectione tranquilla.

Utre igne sancti Spiritus renes nostros;
& cor nostrum, Domine: ut tibi cas-
to corpore serviamus, & mundo corde
placcamus.

Fidelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum familiarumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, pijs supplicationibus consequantur.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni, & adiuvando protequere: ut cuncta nostra oratio, & operatio a te semper incipiat, & per te coepit finiatur.

Omnipotens semperne Deus, qui vivorum dominaris simul, & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus: ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in catene retinet, vel futurum iam exitos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuae clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum.

*. Dominus vobiscum. *. Et cum spiritu tuo. *. Exaudiat nos omnipotens, & misericors Deus. *. Amen. *. Et fiduciam animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. *. Amen.

SANC-

SANCTA QUATUOR EVANGELIA

pro infinitis.

ACERBOS DIGIT;

Pax huic domui, & omnibus, &c.

y. Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Sequentia Sæcili Evangelij secundum Mattheum.

Gloria tibi Dñe.

In illo tempore : Cum introisset Iesus

Capharnaum , accessit ad eum Centu-

rio, rogans eum , & dicens : Domine , puer

paeus jaceret in domo paraliticus , & male

trahitur . Et ap illi Iesus : Ego veniam , &

curabo eum . Et respondens Centurio ait :

Domine , non sum dignus ; ut intres sub

vestrum meum ; sed tantum dic verbo , &

ferabimur puer meus ; nam ; & ego homo

suum sub potestate constitutus , habens sub

me milites , & deo huic , vade , & vadit :

deo veni , & venit , & servo meo fac hoc ,

& facit . Audiens autem Iesus , miratus est ,

& sequentibus se dixit : Amen dico vobis ,

non inveni tantam fidem in Israël : & di-

xic Iesus Canticioni : Vade ; & sicut credi-

disti fidei tibi , & fatus est puer in illa hora .

y. Laus tibi Christi.

ORE-

OREMUS.

Gloria quæsumus, Domine Iesu Redemptor noster, gratia Spiritus Sancti laudes huius creaturæ, quam præioso sanguine suo redimisti; sua sana vulnera, eiusque dimite peccata, atque dolores cunctos animæ & corporis ab ea expelle. Qui cum patre, &c.

S. Dominus vobisc. p. Et cum. &c.

¶ Sequentia Santi Einagoli. secundum
Mareum Gloria tibi, &c.

In illo tempore: recumbentibus indecim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprimatice incredulitatem eorum, & duritatem cordis: quia his qui viderant eum relinxisse non credidemus; & dixit eis: Evocet in unum dum uerbum prædicare. Prædictum omni creaturæ qui credidevit de baptizatus fuerit, salvis eis; qui vero non credidere, condamnabitur. Sicut autem post eum qui crediderint, hæc sequentia nomino in eo Daemonia efficiunt: illogis dequengunt nobis; serpentes tollent; & si mortiferum quidlibet habuerit, non eis nocabit; super manus impudent, & bene trahent. **G**

S. Laus tibi Christe.

F. 2

ORE

OREMUS.

Domine Sancte Pater, Omnipotens
æterne Deus, qui benedictionis tuæ
gratiam ægris infundendo corporibus, fac-
tum tuam multiplici pietate custodis, ad
invocationem tui nominis benignus aisi-
pe: ut creaturam tuam istam ab ægritudi-
ne liberatam, dextera tua erigat ad salu-
tem. Per Christum, &c.

P. Dominus vobiscum. **R.** Et cum, &c.

¶ *Sequentia Sancti Evangelij secundum Lucam.*
Gloria tibi Domine:

In illo tempore: Surgens Iesus de Sy-
nagoga, introivit in domum Simonis,
Socrus autem Simonis tenebatur magnis
febris, & rogaverunt illum pro ea, &
stans super illam, imperavit febri, & di-
misit illam, & continuo surgens, minis-
terebat illis: cum autem Sol occidisset, om-
nes qui habebant infirmos variis lan-
guoribus, ducebant illos ad Iesum; at il-
le singulis manus imponens, curabat eos.

P. Laus tibi Christe.

OREMUS.

Deus, qui facturæ tuæ pio semper do-
minaris affectu, inclina aurem tuam
supplicationibus nostris, & hanc creatu-
ram

ram tuam ex adversa , valetudine corporis laborantem placatus respice , & vilita in salutari tuo , & cœlestis gratiæ præsta ei medicinam. Per Christum , &c.

X. Dominus vobiscum. **Re.** Et cum ; &c.
¶ Initium Santi Evangelij secundum Joannem.
 Gloria tibi Domine.

IN principio erat Verbum , & Verbum erat apud Deum , & Deus erat Verbum , hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil , quod factum est: in ipso vita erat , & vita erat lux hominum , & lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehenduntur. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes , hic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine , ne omnes crederent per illum: non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Est lux vera , quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: in mundo erat , & mundus per ipsam factus est, & mundus eum non cognovit ; in propria venit , & sui cum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum , dedit eis potestatem filios Dei fieri , his qui credunt in nomine eius , qui non ex languibus

nibus ; neque ex voluntate carnis ; neque
ex voluntate viri , sed ex Deo nati sunt.
BT. VERBUM CARO FACTUM EST,
& habitavit in nobis , & vidimus glo-
riam eius , gloriam quasi Unigeniti à
Patre plenaria gratiae , & veritatis.

Be. Latus tibi Christe.

OREMUS.

Respice Domine servum tuum , infi-
mitate corporis sui laborantem , &
animam resove quam creasti , ut castiga-
tioib⁹ extendac⁹ . Continuo se sentias
medicina sanatura . Per Dominum
nstrum Iesum Christum Filium tuum ,
qui tecum vivit , & regnat in saecula sa-
eculorum . Amen.

Per Evangelica dicta , & per impositio-
nem manuum nostrarum , & per vir-
tutem Sanctæ Crucis extinguatur in te
omnis infirmitas , & virtus Diaboli , &
ministrorum eius . Amen.

OFFI

OFFICIUM

SEPULTURÆ SÆCULARIUM.

Sacerdos cum Diaconi sibit se ad pedes Dei funti, & absoluere dicte Orationes sequent quentem.

Non intres in iudicium cum servo tuo, Domine, quia nullus apud te iustificabitur homo nisi per te omnipotens peccatorum ei tribuatut remissio. Non ergo eum, quemdam tua iudicialis sententia præmet, quem tibi vera supplicatione fidei Christianæ commendat; sed gratia tua illi succurrente mercatur evadere iudicium ultionis, qui dum vivet insignitus est signaculo Sanctæ Trinitatis. Qui vivis, regnas in sæcula sæculorum. Amen.

In hac Oratione nihil mutatur, quamvis Dei funtus sit Femina, ut clara constat ex sequenti Decreto.

Tu In Depositione Defunctorum in Verso his illis: Non intres in iudicium cum seruo tuo, Domine; Quando est Mulier, aut plures sunt Defuncti, non possunt vere va seruo tuo, et inquit in iudicium te serva mea, vel

ser.

„ servis suis , absque Sacrae Rubricæ iæ-
sione. S. R. C. 31. Augusti 1697. in
Famen.

Dein dicitur **R.** Libera me Domine de viis
infesti, &c. ut supra pag. 48. Interim Sacerdos
ponit incensum in Thuribalo benedicens illud more
solito. Mox dicit alta voce : Pater noster , &
statim (facta Cruci profunda inclinazione) circum-
iens Feretrum, aspergit, & thurificat Corpus de
more. Postea stans in loco suo dicit.

V. Et ne nos inducas, &c. **R.** Sed libera, &c.

V. A porta inferi. **R.** Eiue Domine ani-
mam ejus.

V. Requiescant in pace. **R.** Amen.

V. Domine exaudi, &c. **R.** Et clamor.

V. Dominus vobiscum. **R.** Et cum.

Pro Viro. OREMUS.

Deus, cui proprium est miseri et semper,
& parceat ; te supplices exoramus
pro anima famuli tui N. quam hodie de
hoc seculo migrare jussisti ; ut non tra-
das eam in manus inimici , neque obli-
canis in finem, sed iubeas eam à sanctis
Angelis suscipi , & ad patriam Paradisi per-
duciri ; ut quia in te speravit , & creditit,
non poenas inferni sustineat , sed gaudia
comparata posideat. Per Christum, &c.

Pro

89

Pro Femina. OREMUS.

Deus, cui proprium est misereri semper,
& parcere te supplices exoramus pro
anima famulæ tuæ N. quam hodie de hoc
sæculo migrare jussisti; ut non tradas eam
in manus inimici, neque obliviscaris in fi-
nem, sed jubeas eam à Sanctis Angelis sus-
cipi, & ad Patriam Paradisi perduci; ut
quia in te speravit, & credidit, non pœ-
nas inferni sustineat, sed gaudia sempiter-
na posideat. Per Christum, &c.

*Finita oratione, defertur corpus ad sepulturam.
& interin cantatur sequens Antiph.*

In Paradisum deducant te Angeli: in tuo
adventu suscipient te Martyres, & perdu-
cent te in Civitatem Sanctam Jerusalēm.
¶ Chorus Angelorum te suscipiat, & cum
Lazaro quondam paupere æternam habeas
requiem.

Peste Sacerdos intonat sequentem Antiph.

Ego sum resurrectio, & vita, qui cre-
dit in me, etiam si mortuus fuerit vivet: &
omnis, qui vivet, & credit in me, non
morietur in eternum.

*Canticum Benedictus Dominus Deus Is-
rael: &c.*

*Repetitur Aña. Ego sum. Et dicit. Sacerdos.
Kyrie eleyon. Christe eleyon. Kyrie eleyon.*

Pa-

29

Pater noster. ¶ Ecce nos. ¶ Sed liberanos.

¶ Apotropa infer. Rx. Erue Domine.

¶ Requiescant in pace. Rx. Amen.

¶ Domine exaudi. Rx. Et clamor.

¶ Dominus vobiscum Rx. Et cum.

Pro viro. OREMUS.

Fac, quæsumus Domine, haec cum seruo
tuo defuncto misericordiam, ut facto-
rum suorum in poenis non recipiat vicem,
qui tuam in votis tenuit voluntatem; ut si-
cūt hic eum vera fides iuxxit fidelium tur-
mis, ita illuc eum tua miseratione societ An-
gelicis chorus. Per Christum Dominum
nóstrum.

Pro feminis. OREMUS.

Fac, quæsumus Domine, hanc cum fa-
mula tua defuncta misericordiam, ut
factorum suorum in poenis non recipiat vi-
cem, quæ tuam in votis tenuit voluntatem;
ut sicut hic eam vera fides iuxxit fidelium
turmis, ita illuc eam, tua miseratione societ
Angelicis chorus. Per Christum.

¶ Requiem æternam. ♦ Dona eis Dñe.

¶ Et lux. ¶ Requiescant in pace. Rx. Amen.

¶ Anima eius, & anima omnium fide-

rum defunctorum, per misericordiam.

Dei requiescant in pace. Rx. Amen.

IN

IN OFFICIO SEPULTURÆ

Parvulorum.

Cum Corpusculum recipitur, illud aspergit. Secundos, & cantores incipiunt Antiph.

Sit nomen Domini benedictum in seculo.

Psalm. Laudate pueri Dominum; &c.

Postea repetitur Aña. Sic nomen.

Kyrie eleison. Christe eleison.

Kyrie eleison. Pater noster.

¶. Et ne nos inducas in temptationem; ¶. sed

libera nos à malo. ¶. Sicut parvulos ad.

me venire. ¶. Talium est enim regnum Co-

lotum. ¶. In memoria æterna erit iustus.

¶. Ab auditione mala non timebit. ¶. Domi-

nus vobiscum. ¶. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

O MNIpotens, & misericordissime Deus, qui
omnibus Parvulis renatis baptismati,
dum migrant à saeculo, sine ulla communi
meritis vitam illico largitis æternam, sicut
antiquæ trahis Parvuli credimus te fecisti par-
vulos, quæsumus Domine, per intercessio-
nem Beatae Mariae Virginis, & omnipotens
Sanctorum tuorum hic pontificatus tibi mea-
ribus famulari, & in Paradiso beatis Par-
vulis perenniter sociari. Por Christum Domi-
num nostrum. ¶. Amen.

Ponit incensum cum benedictione., ministrus.

Acoly-

Acolybo noviculare. Aspergit corporis nuncum aqua benedicta in modum Crucis, ubi dicens, & postea similius surificas.

Deinde deferunt corpus ad sepulchrum, & dum levulatur, dicitur Aña. sequens, & Psalmus.

In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus. Psalmus.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo: * quoniam audisti verba oris mei. ut in Vesp. difun. et. pag. 8. cum Gloria Patri.

Repetitur Anaphona. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

*Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. sacer. ¶. Et ne nos inducas in tentacionem. ¶. Sed liberanos a malo. ¶. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus. ¶. Et adorabo ad Templum Sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. ¶. Dominus vobiscum. ¶. Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Deus, qui mito ordine Angelorum ministeria hominum que dispensas: con-
cede propitius; ut a quibus tibi ministran-
tibus in celo semper assistitur, ab his in
terra vita nostra miseriatur. Per Christum
Dominum nostrum. ¶. Amen.

¶. Dominus vobiscum, &c.

¶. Benedicamus Domino, &c.

F I N I S.

Psalmus 112.

LAUDATE pueri Dominum : laudate
nomen Domini .
Sicut nomen Domini benedictum : ex hoc
auctor & vique in seculum .
As solis ortu usque ad occasum : laudabile
nomen Domini .
Ex celus super omnes gentes Dominus :
& super celos gloria eius .
Quis sicut Dominus nosse poterit, qui non
altis habipat : & humilia respicit in celo
& in terra ?
Suscitans a terra knopeum : & de statim
erigens pauperem .
Non collocet eam cum principibus tunc
principibus populi fui .
Qui habitare facit sterilem in domo,
vires filiorum latetem .
Gloria Patri, &c. Psalmus 113.



